



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

45. An Episcopi possint censuris, & aliis pœnis punire regulares in iis, in quibus illis à sede Apostolica subiiciuntur? Ex p. 7. tr. 12. & Misc. 3. res. 29. aliàs 27.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](#)

De Dubiis Regularium. Resol XLIV. &c. 21

15. Decimus quintus in *esse* eadem cap. 3. vbi pro-
hibet, Ne erigantur in posterum noua Monasteria abs-
que licentia Episcopi illius Diœcesis.

16. Decimus sextus in cap. i. 2. vbi præcipit, ut Regularis in suis Ecclesiis publicet, & obseruet censuras postas per Sedem Apostolicam, & interdicta: & hæc etiam posita per Ordinarium publicet, & fecerit.

17. Decimus septimus in eodem cap. vbi præcipit, vt obseruet etiam dies festos præceptos ab Or-

18. Hoc supposito, Pater Bruno de Privileg. Regulari, tralat. 2.c.5. propos. 2. affirmit, quod vbi receperit Concilium. Regulares non subiiciuntur

primum est Concilium, Regulares non iurantur
Episcopis nisi ad summum in sex dictorum septem-
decim casuum, quoniam Decreta Concilij Tridentini
non derogant priuilegiis Regularium, nisi specia-
liter addant hanc clausulam, *Non obstantibus, &c.*
aut aliiquid sequiueans; sed haec clausula non est ap-
posita, nisi in lex ex dictis casibus, videlicet in 2.4.5.
10.13, & 14. Ergo Episcopo non subiiciuntur, nisi
in illis sex.

19. Obiectis, in fine *Decretorium Ieff. 2. 5.* quae regulares recipiunt, apposita est illa Clauſula generalis, *Non obstantibus, &c.* ergo illi subiicitur Regularis in dictis illis 17. casibus. Respondeatur, illam clauſulam nihil operari, nisi praecedentium ſpecialium clauſularum derogatoriarum decretis Concilii ex prefe appositarum confirmationem. Quod conformatur ex *lententia communi*, & ex *Canonifatu ratione*, quod generi detrahitur per ſpeciem, non vice vera: Dixi in proportione, Regularum in sex casibus ad summum subiici Episcopo: nam admodum probabile eft, imo & certum exiftim, non subiici Regularum Ordinario in quarto, quinto, & decimo casibus, cum in quarto, & quinto clauſula non obſtantie excludat tantum prætextum priuilegiorum, non autem vera priuilegia: & ſuperius ostendimus Episcopum nihil posse aduerfus Regularum in illis quarto, & quinto casibus, nec etiam in decimo; cum clauſula excludat tantum quæcumque priuilegia, fine ſpecificatione priuilegiorum Regularium, qui terminus nimis generalis eft, vt exclat priuilegia Regularium, ſicut probatum eft in Tracta-
tione de Priuilegiis, ac iuxta eam lententiam Regularis subiicitur Ordinario in tribus proxime ponendis ex 17. illis casibus.

20. Primus, si contra eius voluntatem in Oratione particularibus celebret. Secundus, in examine ad Subdiaconatum, & ceteros Ordines Sacros suscipiens, & in susceptione illorum quod ætatem a Concilio assignatam. Tertius in licentia audiendi confessiones. Quid autem in illis tribus casibus sentiendum sit, ostendam alibi. Monendo in praefatarum Lectorem, quod Tridentinum careat in dictis tribus casibus, clausula specifica, & nominatio priuilegiorum illis casibus contrariorum; quam tamen in tractatu de Priuilegiis in communione diximus ad reuocationem necessariam. Hæc omnia Bruno.

21. Sed postea plus addit in propos. 3. nempe posito quod Regularis in illis 17. casibus Episcopo subiectetur, non posset tamen censuris cogi, aut alii penit castigari. Etsi concederetur posse Ordinatium censuris, & penitis cogere, & castigare Regularum; non propterea id posset censuris & penitis in omnibus illis casibus; sed dumtaxat in duobus primis; In quinque vero proximè sequentibus, penitus dumtaxat, non autem censuris; In aliis vero sequentibus diecim casibus, nec censuris, nec penitis. Ratio illius dicti est, quoniam in istis non exprimitur fa-

cultas concessa Ordinario cogendi Regulares censuris, & pœnis, ac propterea iuxta dicta in Superioribus non poterit pœnis, aut censuris illos cogere. Ita Bruno.

22. Sed licet sit difficultas inter Doctores, An Regulares possint censuris compelli ab Episcopis in iurisdicti casibus, & aliqui probabilius afferant posse solum in his, in quibus Concilium specificat id eis concedit; tam nonnunquam concordant contra Brunum, posse Episcopum in aliis casibus pena arbitria illos punire, & ita Merolla tom. 3. disput. 7. c. 8. dub. 13. num. 209. docet Regulares, non accedentes ad processiones posse puniri ab Episcopo aliqua pena arbitria, quia, ait ille, Tridentinum in hac materia subiicit illos Episcopis etiam quoad vim coactuam; Et ita docent Doctores communiter; Et quidem in hoc, & aliis casibus nobis laborandum est eximere Regulares, ut non possint compelli ab Episcopo cum censuris, nam aliqui in omnibus casibus superius ponitis posse hoc Episcopos efficere constanter tenent, vt Solorzanus de India-rrum lute tom. 2. lib. 5. cap. 17. num. 57. Salgadus de Protestant Recensio tom. 2. num. 209. Theologo de

*Protect. Regia part. 2. cap. 9. num. 169. Itemudo 16-
mo i. decisi. 6. 2. num. 1. Gratianus in decisi. 1. 3. Mar-
chia num. 15. Campanili in Divers. Iur. Rubr. 1. 2. ca-
piti. 1. 3. num. 167. & alij sicut ego alibi contrarium
sentiant. Itemudo Machadus tom. 2. lib. 4. part. 6. tra-
ctatu. 10. n. 4. sic ait, [Dudan los Doctores, si el Obis-
po para castigar al Religioso delinquente en los ca-
fos referidos, en que el Concilio le concede facul-
tad para ello, pueda proceder con censuras? Rodri-
quez siente que si: Sanchez, y otros con mas pro-
babilidad defienden que no: porque el Concilio no
lo expresa: siendo alii, que quando ha querido con-
ceder esta potestad a los Obisplos lo ha exprestado.
Ita ille. Sed de hac materia à nobis* in hoc Tractatu
actum est, loquendo de Processionibus; vide Docto-
res ibi citaros.*

Alibi in Resolutionibus not. præterea & seq. signanter in Ref. 2. & 3. not. seq.

*In hoc Tr.
in Ref. quæ
hic est supra
39 per totā
& in R. f.
- 36. & 37.

RESOL. XLV.

An Episcopi possint censuris, & aliis paenit punire Regulares in iis, in quibus illis a Sede Apostolica subiiciuntur? Ex p. 7. tract. 12. & Msc. 3. Refol. 19. alias 27.

§. I. N^o Egatiuè respondet P. de Bellis in *Alleg. se-
pius citata. part. 1. Assump. 5. num. 1. &
seq.* vbi sic ait: [No tan solamente con censuras, pe-
rto tam poco con otras qualesquier penas puede el
Ordinario castigar à regulares, aun en caíos, en los
queles le estan sugetos, si Concilios, i Pontifices no
hizieren expresa mencion, de que los pueda castigar: i
el castigarles pertenece priuatiuè, a sus Superiores,
ò a los Pontifices, Abbas cap. fin. num. 5. vers. si verò
populus de Clericis peregr. Part. I. a Dino Pio in princ. ff.
de re iud. Colijer tom. 1. part. 4. q. 33. num. 2. 1. Card.
Zabar. & Lapus in cap. Archiepiscopo, §. fin. num. 5. de
priuileg. dizen: Episcopus agere debet cum coram Su-
periore exemptorum, vt eos cogat ad parendum, &
non parentes puniat. Mas, lo fundo en priuilegios en
presumpciones, en Derecho, i Declarationes de la
Congregation.]

2. [Primo lo fundo en prisilegios: los hai de Sixto IV. a Padres Dominicos :] Decernimus quoque processus, qualius paenam, & sententias generales & speciales continentis, promulgatas contra fratres, & domos eorum, nullius roboris, & momenti esse. In libro Prioril. Ord. Praedic. f. 158. Otro fe-

Sup. hoc in
Ref præteri-
ta per totā
signanter in
§, penult, &
vit & legē
doctrinam
Ref. annot.
seq & aliarū
cuius annot.

Tractatus Primus,

32

rejantes concedio à Padres Franciscos : Rodriq. *ro-*
mo 2. quæst. 58. art. 5. Reparese en aquellas palabras:
Quatuor penas, & sententias. Luego no tan solamente con censuras no puede el Ordinario proceder contra Regulares, mas tam poco con qualquiera genero de penas, & castigos, si no es: Absque speciali Sedis Apostolicae concepcione, como dice el Pontifice en la Bulla para Padres Franciscos. Y si esto no se extendiera aun en los casos en que estan sujetos al Ordinario, el privilegio fuera de valde, y no aprouechara de nada.

3. Segundo lo fundo en presumpciones, que estan por los exemptos. I. Porque la causa impulsiva de la exemptione de Regulares, ha sido, in odiu Ordinariorum, quia nimis erant infesti Religiosis, & nimis eos grauabant. Rebuff. latè resp. 142. Vbald. tract. de Canon. Episc. cap. 3. quæst. 6. num. 9. Tuchus ver. exemplo, concil. 566. num. 6. Cokier tom. 1. p. 1. quæst. 1. num. 15. Y se saca del cap. nimis iniqua, & cap. nimis prava de excess. Prelat. Luego siempre se ha de ampliar respecto à Regulares, y coartar respecto à Ordinarios: assi porque en esta parte de castigar Religiosos han siempre excedido en tanto grado, que obligaron los Pontifices, a que les exemplares de la iuridicion dellos. Cened. quæst. 2. numero 3. Cafr. conf. 432. como tambien porque por concession de Leon X. Pruilegia exemptionis Religiorum in dubiis sunt temper interpretanda in favorem Regularium, como hemos dicho arriba Assunto 3. num. 4. II. Presumpcion. Porque la causa final, i principal de la exemptione de Regulares ha sido: In favorem sanctæ Sedis Apostolicae , cuius interest habere multos immediate subditos cap. Pastoralis, de re ind. Rebuff. & Cokier vbi suprà. Luego se han de ampliar à favor de la Sede Apostolica, que no quiere despojarla de la iuridicion immediata que tiene con Regulares, si no lo expresa claramente en la Commission que delega al Ordinario. III. Presumpcion, porque, iuridictio delegata est odiosa, cum sit correctiu iuri communis, ideo non extenditur ad personas non expressas: Glossa in cap. edoceri, de rescript. Feder. conf. 163. & cap. cum in Iure peritus, de offic. deleg. IV. Presumpcion, porque, Quod non inuenitur concessum expresse, intelligitur esse prohibitum: cap. illa, ne sed. vac. & Gloss. ibid. lit. C. Luego adonde no se ha concedido expresamente al Ordinario que pueda castigar, se presume estar vaddo: tanto i mas, quo ya lo vedan expresamente los priuilegios de Regulares.

4. Tercero: lo fundo en Derecho Commun. En el cap. licet de offic. vic. se determina, que en la Iuridicion delegada general que se dà para hazer mandatos, i ventilar causas, no se entiende dar Iuridicion, corrigendi, & puniendo excessus: nisi specialiter hæc committantur. En el cap. attendentes, de stat. nou. Se da Iuridicion al Obispo, para que pueda visitar Monasterios de Monjas exemptas: pero si alla la Abadesa merecer por sus faltas ser priuada de su oficio; no lo pueda por esto hazar el Obispo; porque en la commission que se le da, no se expreme que la pueda priuar. Gloss. ibi ver. compelli, Card. ib. Hostienf. cap. Quæris de etat. & qual. ordin. Tambien en el cap. Dilectus 1. de reserv. se diò al Abad de San Esteban Iuridicion delegada para visitar la Diecesi de Bononia, sin expreiar que priuasse delinquentes: priuio algunos, i por el Pontifice se diò por nulo hecho. Luego siempre, quando al Ordinario se delega Iuridicion con Regulares, si no vâ expresada facultad de punirlos no la tendrá.] Ita P. Debellis.

5. Sed ponissim affirmatiuum sententiam tenet

Ioann Anton. Nouarius in sum. Ball. p. 1. tit. de Prc. cession. n. 6. & Bordonus in Cors. Reg. resol. 7. quæst. 6. num. 9. Quia delegata iurisdictione alicui, illi inveniuntur concessa ea omnia, sine quibus illa expleri non potest, cap. Preterea 5. in fine, cap. Prudentiam 2. in fine, § 6. quod ampliatur, licet negotium comode explicari possit, Nauarr. conf. 12. de elec. numer. 3. & conf. 40. num. 1. & 55. de Regular. n. 9. Megal. conf. 10. num. 6. ex Aretin. & Decio. & iuribus alius ab illis citatis, etiam in materia stricta, & odo fa docet idem Nauar. tom. 1. in distinet. 5. de Penit. num. 28. Sed Epifcopi commode non possunt imd cum non leui difficultate valent compellere Regulares inobedientes, nisi vtantur censuris: Ergo hec facultas illis intelligitur concessa in Delegatione. Tum quia Delegatus representat per sonam Delegatus, ex cap. fin. dif. 9. 3. cap. 1. dif. 9. 4. Gloss. vers. Impendunt, Extrar. comm. 2. de seculi. ac proinde facit idem Tribunal cum iplo cap. 2. de confus. Gattie. lib. 1. qq. Can. cap. 1. num. 8. 3. Megal. de conf. lib. 4. cap. 2. num. 40. Delegatus igitur vices delegantis exercet, Gloss. vers. Iudicis, ad fin. Extrar. comm. de offic. deleg. Sed Delegans potest censuris compellere Regulares ad obediendum, cum in casu nostro fit Sum. Pontifex; ergo & Episcopus eius Delegatus, personæ enim duas habentes rationem viuis in alio officio, vt possunt iisdem mediis ad illud exercendum. Tum quia iuridictio contentiosa adiuncta semper habet coactionem, cap. Pastoralis, 2. init. de offic. Deleg. & ib. Gloss. vers. ergo coercitione, dicit, quod nulla est iuridictio sine coercitione, per fin. ff. de offic. eius, cui mand. est fur. cap. Ex linea 29. cod. Sed Episcopus vix cogere potest fine censuris, ergo illis vt potest, vt debito modo suum exercet officium; nec dicas cum Sanchez citando, Episcopum posse vt aliis penas, quia huiusmodi penas cludere possunt fugienda, non autem censuras, quibus absentes & fugitiui afficiuntur. Tum quia Sum. Pontifices subiiciendo Regulares Episcopis, eisdem dat omnimodam iurisdictionem super ipsos. Vnde Gregor. XV. in sua Conf. Inseritabilis, Episcopis subiendo Regulares circa animarum curam, Sacramentorum administrationem, Sanctionem Monasteria, Prædicationem verbi Dei, vitam illi verbis: Omnia in iurisdictioni, visitationi, & correctione Diocesani Episcopi, tanquam sedis Apostolicae delegati plenè in omnibus subiiciantur. Et paulo infra, loquendo de ratione administrationis singulis annis reddenda à Regularibus Episcopo, dicit ad hec compellendos esse iuris remedii; & propè finem aperte dicit; quod contra Regulares delinquentes in prædictis potest Episcopus procedere per censuras, & alias penas; de quo etiam modo procedendi per censuras sit mentio in plerisque locis Tride. quibus Sanch. referens seff. 22. in Decreto de visitationis, & obseruandis in celebratione Missarum, seff. 1. capite 15. & 16. quæ loci pro se adducit, probando, Episcopos non posse vt censuris contra Regulares, nisi in dictis, & aliis casibus expressis. Sed die tu. illam expressionem non excludere eundem modum procedendi in aliis casibus, vbi subiicerentur censurae, quia expresso eius, quod tacite inefi nihil operatur, cap. 2. de reserv. cap. quemadmodum 15. de iuris inveniend. Gloss. fin. cap. cum adeò 17. de reserv. & Gloss. fin. de præsumpt. vers. Ex illa classula; constat autem ex suprà probatis, iurisdictione delegata, Ecclesiastico inesse ius compellendi inobedientes per penas non solum temporales, sed etiam spirituales, censura enim propriæ sunt atama, & iuris remedia, quibus Iudex Ecclesiasticus vivitur in iudicando. Hucusque Bordonus, qui me citato,

De Dubiis Regularium. Ref XLVI &c. 33

* que h[ab]et
lupa
m[od]i, &
aliis eius
Ex pro
in conser-
vacio[n]e
vel, h[ab]et
R[ati]o[n]e
R[ati]o[n]e
6. Verum quid Episcopus non possit punire Re-
gulares quoad Censuras, ego docui *vbi supra*, & do-
cuius est Lezana in *summa*, tom. 1. cap. 11. num. 1. 4. & ice-
rum nunc teneo contra. Bordonum cum nostro Pa-
tre de Bellis, licet ab ipso dissentiam quoad alias p[re]pa-
nas; & ideo non gravabor hic apponere verba Vil-
labulos in *summa*, tomo 2. tractat 35. diff. ult. 5.
num. 17. *vbi* sic ait: [Dizen Hostiense, es Anchiar-
ano, Dominico, y otros, que podra el Obispado
deponer los Religiosos, ó rectuyrlos en Monasterios
mas estrechos, ó castrigalos por otra via, mas no
puedo ponerles censuras, porque tiene coartada su
potestad quanto a esto, y si las pusiere seran nullas.]
Ia Villalob. & ego.

RESOL. XLVI.

*An Episcopus habeat jurisdictionem in Regulares
exemptos, quando esset in possessione iudicandi illos?*
Ex p. 3. tract. 2. Ref. 134.

S. I detur respondendum affirmativè, nam in
tali casu appetat eos renunciariis privilegio
exemptionis; & ita teneri Triulianus lib. 1. decr. 36.
non. 2. Capra reg. 8.4.n. 2.1. Cuchus in inst. can. lib. 1.
tit. 6. nro. 6. & seqq. cum aliis.
2. Sed ego contraria sententiam teno, quia
exemptus sine licentia Summi Pontificis non potest
exemptioni etiam expelte renunciare: ergo multo
minus tacere, vt est in casu nostro. Et ita fuisse resolu-
lum in vna Vlissiponensi Monasterij, die 19. No-
vembri 1625. coram Illustriss. Coccino testatur Bar-
bosha de porto Episo. pari. 3. allegat. 105. n. 7.6. & ita
nostram sententiam tenet Hieron. Rodriguez, in compen-
sa Regal. refol. 63. num. 1.3. & alii penes ipsum.

RESOL. XLVII.

An Episcopus vigore Concilij Tridentini less. 2. 5. c. 14.
posset carcerare Regularem notorię delinquentem, &
contra illum processum formare, ut postea remittat
suo Superiori, ut illum puniat? Ex p. 3. tract. 2.
Ref. 1-2.

S. I. **R**espondeo negativè, & ita docet Villalobos
in sum. tom. 2. tract. 35. diff. 4. num. 5. vbi
sic sit: [Están ligeros los Religiosos a los Obispós
quanto a la corrección del Religioso, que mora en
Convento, y comete delito escandaloso, fuera, del
qual dice el Concilio.] Regularis non subditus Epis-
copi, qui intra clausura Monasterij degit, & extra
ea ita notoriè deliquerit, vt populo scandalo sit Epis-
copo instantè, a suo Superiori intra tempus ab Epis-
copo praefigendum, fuerit punitiatur, ac de punitione
Episcopum certioriter faciat, fin minus, a suo Supe-
riori officio punitur, & delinquens ab Episcopo pu-
nitur. [Y note se la palabra *notoriè*, que si no lo es,
no podrá el Obispo entremeterse en ello, y aunque
lo sea, no le ha de poner el Obispo en su carcel, sino
remitirle luego al Superior, aunque no haga instan-
cia en ellos, como declararon los Cardinales; mas si
se temiere fuga del Religioso, puede el Ordinario
prenderle, y remitirle luego à su Prelado.] Hæc Vil-
alobos.

2. Veram Piascium in praxi Episc. part. 2. cap. 3.
num. 43. tenet posse Regularem in tali casu deduci ad

carcerem Episcopi, & sumpta informatione super delicto, dummodo sine mora si matur, remitti cum copia processus ad suum Superiorum punitendum, cum præfinitione termini ad punitendum. Et hanc opinionem tener etiam Naldus in sua verbis. *Episcopus.* u. 28. Barbolus de porto. *Ep.* v. part. 3. *Alleg.* 105. num. 19. & Portel in addit. ad dubia Reg. ver. punitio Relig. extra Conuentum. v. 17.

5. Sed in tali casu non posse Episcopum formare processum contra dictum Religionis, solidè probat non iussisse Hieronymus Rodriguez in compend. qq. Regular. cfol. 62. num. 8. & respondeat ad argumenta contraria, & ad declaraciones Cardinalium, quas Barbosa adducit, vnde non est recedendum ab hac sententia; & satius in hoc casu contra Portel, & alios potest Episcopus instare, & bene infare, certiori faciendo per suas literas Prælatum Regularis de notoriterate delicti à Religioso ita commissi, vt nulla tergivertatione celari potuisset, ad quod non est necessarius processus juridicus ab Episcopo formatus, quin ipso jure nullus est ex defectu juris.

RESOL. XLVIII.

*An Regulares includantur in prohibitione Episcopali,
ne aliquis exorcizet sine Episcopi licentia, & cum
certis conditionibus?*

Et an vero Episcopus in ordine ad Clericos possit multas restrictiones apponere circa modum exorcandi? Ex p. 3. tract. 2. Res. 36.

S. I. **N**egativè respondeo cum Laurentio de Portu
tel in addit. ad dub. reg. ver. Exorcismus, ybi
sic ait: Si Episcopi in sua Diocesis prohibeant exor-
cizare abique quæ expressa illorum licentia, talis consti-
tuitionis solos Clericos ligat, non vero Religiosos exem-
ptos, qui alias iure communi non prohibentur, & ex
ordine Ecclesiastico, Exorcista, & Sacerdotes id fa-
cere permittuntur. Ita ille.

2. An vero Episcopus in ordine ad Clericos possit multas restrictiones apponere circa modum exorcizandi? Negat Navar. tom. 1. lib. 1. conf. 6. de offic. iud. ordin. num. 5. & Vglinus de offic. & potest. Episcop. cap. 47. num. 6. Sed ut vide Naldum verbis Damor. n. 9. Homobon. de exam. Eccles. p. 1. tract. 3. cap. 8. 9. 7. 3. & nostram Synodus Panormitanam Eminentissimi Cardinalis ab Auria part. 1. cap. 7. n. 1. 5.

RESOL. XLIX.

An Episcopus in Ecclesiis Regularium possit, ipsis invitatis predicare?

Et in dictis Ecclesiis Regularium, an possint Episcopi
divina Officia priuatim, & publicè audire, & ea
etiam in Pontificalibus ibidem celebrare, & sole-
niter populo ibidem benedicere, & Baldachino ut?

Et notatur, quod non possunt ea, que iurisdictionem dicunt, Exercere, ut Chrisnare, Ordinare, Confirmare, Degradare, &c. Ex p. 3. tr. 2. Ref. 109.

S. I. **A** Liqui dubitant, quia actus videtur hono-
ris. Sed Peirin, *in privileg. Minim. tom. 1.*
confit. 26. *Leonis X. §. 24. n. 47.* tenet, quod non, per
doctrinam Cardinalis in Clem. *Archep.* 8. Si tamen,
n. 20. **T** 3. quia exemplis, & prurilegiatis non prejudi-

2. Note